Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31713
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

sic ꝓpha dicit israel primogenitus meus. Primus namq; illis da
ta sunt eloquia dei. Quod autem durus fuerat ille populus & teme
rarius. septuaginta denuntiant Dicit enim de eis ꝓpha. omne quod
loquitur populus hic durum est Et iterum alibi de ipsis dicit Vos semp
duriora ceruice & incircumcisi corde patribus uestris irrogauitis i
nuirias. eum conuertitur adeum dorsum. & non faciem suam. Thorum autem
concubine polluit quem ascendit idem legem ueteris testamenti.
quam sepe praeuaricando maculauit Quod autem in concubine persona
lex ueteris testamenti ponatur paulus edocuit dicens. Abra
ham duos filios habuit unum de ancilla & unum de libera.
Hec autem duo testamenta in quo agar que concubina fuit in
ueteris testamenti ponit typo. Vna enim erat perfecta columba
genitricis suae quae uirgo casta regina sponso regi ecclesiae
peculiarium iungitur xpo. Sed & moralis nobis in hoc ita trac
tabitur locus. Ruben interpretatus est amatorib. filii qui uidet
hoc est uisibilis & carnalis. ipse credo de quo dicit apostolus. primus
homo de terra terrenus. Et alibi. Si enim is qui uidet
noster homo corrumpitur si qui intus renouatur. hunc eundem qui
qui uidet exteriorem hominem appellans. Et iterum dicit. quia
non primo quod spirituale est sed quod animale Primo quod omnis homo
in hoc mundo carnalitatem uiuit & secundum carnem mouetur. & pri
mus est carnalis motus in concupiscentia libidinis. qui cum
primae iuuentutis tempus obsederit durum & temerarium si
mul & lasciuum iuuenem reddit ascendentem etiam super cubi
le patris. & polluentem thorum patrum. idem etiam precepta & mo
nita naturalis legis quae in nobis est quod nunc patrum thorum
dicitur praeuaricantem Est enim intra nos lex quedam naturalis
quae arguit unumquemque peccantem. & malum esse suggerit quod
delinquit Cubile quoque legis huius temerat ac sedem secretum eius
maculat. qui preceps & infrenis fertur aduicia. Symeon
& leui fratres fecerunt iniquitatem uoluntatis suae. in